Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

·Y SAIAS·

Nde Capit. xxvi. ecem.
illa cantabimus canticum
ciuitatem fortem nos habemus
ponetur in ea murus. et an-
murale. Aperite portas. et in-
tret gens iusta. custodiens
veritatem. Veteris error abiit.
servabis pacem. pacem quia in te
speravimus. Speraste
in domino usque in sempiternum.
quia manebit habitantes
in excelso. civitatem sublimem
humiliabit. Humiliabit
eam usque ad terram. detrahet
eam usque ad pulverem. Con-
culcabit eam pes pauperis.
gressus egenorum. Semita iusti
recta est. iter iustorum callis iusti
ad ambulandum. in semita
iudiciorum tuorum domine sustu-
imus te. Nomen tuum et memoriale
tuum in desiderio animae. Anima mea
desiderauit te in nocte. sed et spiritu meo in
praecordiis meis de mane vigilabo
ad te. Cum feceris iudicia tua in terra:
iustitiam discent omnes habitatores
orbis. Misereamur impio et non discet
iustitiam. In terra sanctorum iniquitatem gessit.
et non videbit gloriam domini. Do-
mine exaltetur manus tua. et non
videant. Videant et confundantur. Ze-
lantes populum. et ignis hostes tuos devo-
ret. Domine dabis pacem nobis.
omnia enim opera nostra operatus es nobis.
Domine deus noster possederunt nos
domini absque te. tuum iniquitatem
nominis tui. Mortuorum non viuent.
et gigantes non resurgent. Propterea in-
visitasti et attrivisti eos. et perdidisti
omnem memoriam eorum. Inclusisti gen-
tem domine. inclusisti gentem. Hunc ma-
gnificatus es. Elongasti omnes fi-
nitimos terre. Domine in angustia
visitauerunt te. in tribulatione murmuris
doctrine tue eis. Sicut enim concepit
cum ad parturiendum appropinquauit ad partum. dolens
clamat in doloribus suis. sic fuimus
a facie tua domine. Concepimus
et quasi parturiuimus. et peperimus spi-
ritum salutis. iustitiam non fecimus in terra.
nec non ceciderunt habitatores orbis. Di-
uent mortui tui. interfecti mei resur-
gent. Expergiscimini et laudate qui
habitatis in puluere. quia ros lucis ro-
tus. et terram gigantum detrahes in
ruinam. Vade populi meus intra cubi-
cula tua. claude ostia tua super te.
absconde modicum ad momentum. donec
praetereat indignatio. Ecce enim dominus
egredietur de loco suo. ut visitet in-
iquitatem habitatorum terre contra eum.
et revelabit terra sanguinem suum. et non
operiet vltra interfectos suos.

Nde illa Capitl. xxvii.
visitabit dominus in gladio
suo duro et grandi. et forti. super
leuiathan serpentem vectem.
et super leuiathan serpentem
tortuosum. et occidet cetum
qui in mari est. In die illa vi-
nea mea cantabit ei. Ego
dominus custodiam eam. de
repente propinabo ei ne forte
visitetur contra eam. Hoc
de die sicut eam indignatio
non est mihi. Quis dabit
mihi spinam et vepres. In
praelio gradiar. sicut eam succen-
dam eam simul. Aut tenebit fortitudinem meam.
faciet pacem mihi. pacem
faciet mihi. Qui egredientur